Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

dimisit. Illa uero obedientissime pa
rens precepto rediit ad propria. mu
tata repente secundum omnipotentiam
dextere excelsi. Stupebant omnes
adolescentulam nobilem delicatam.
subita mutacione in habitu et
uictu. in medio seculi uitam ducere
heremiticam. in stare uigiliis. et
ieiuniis. et continuis oracionibus.
et ab omni seculo prorsus se fa
cere alienam. Biennio postea sic
uixit cum uiro suo. illo sane secundo
maxime anno decente deo ho
norem. nec temerare ulterius presu
mente templum spiritus sancti. Qui etiam
tandem uirtute eius uictus perseue
rancie. liberamque a se dimittens.
iuxta ritum ecclesie facultatem ei con
cessit seruiendi deo. cui se pro
bauit. Illa uero optata libertate po
tita. monasterium iuleigium cuius
superius meminimus adiens. cum sanctimo
nialibus inibi deo seruientibus. re
liquum uite sue deo uouit.
ubi tantam ei dominus contulit gra
ciam sanctitatis. ut non minus animo
quam carne. illorum probaretur uirorum

dei esse germana. xxv.

Cum autem missus nouiter
clarauallem. bernhardus
ordinandus esset in ministerium
ad quod assumptus erat. et sedes
lingonensis uacaret. ad quam or
dinacio ipsa respiciebat. querentibus
fratribus quo eum clucerent or
dinandum. cito de proximo se op
tulit bona fama uenerabilis ca
thalaunensium episcopi. opinatis
simi illius magistri. guilhelmi
de capellis. illucque eum transmit
tendum esse definitum est. Sicque fac
tum est. Abiit autem cathalaunum.
assumpto secum albodone monacho
quodam cistertiense. Intrauit ergo
predicti episcopi domum iuuenis exesi
corporis et moribundi. habitu
quoque despicabilis. subsequente
monacho seniore. et magnitudi
ne et robore corporis eleganti.
aliis ridentibus. aliis irridentibus.
aliis rem sicut erat interpretando
uenerantibus. Cum autem quereretur
quis eorum esset abbas. episcopus primus
oculos in eum apertos habens